

# ARGUMENTUM

## I N BUCOLICA.

**BUCOLICUM** carmen idem est ac pastorale, deducto nomine a pastoribus; quorum sunt precipui qui curant boves, sive bubulci, Græce Βουκόλοι, a βῶς bos. Quo in genere Virgilius Theocritum, Syracusanum poetam, imitandum sibi proposuit.

Carmina ejusmodi sua vocavit Theocritus Idyllia, Virgilius Eclogas. Est autem ἐκλογὴ Ecloga, delectus paucorum aliquot opusculorum & pluribus, que fecerit auctor, nec lucē digna iudicari: vel delectus quorundam versuum, quos & Theocritus per imitationem expressit: est enim ἐκλέγειν eligere, secernere. Male autem scribitur a quibusdam Ecloga, quasi ab ἀλεξ capra & λόγος sermo: tum quia non ἐκλογὴ, sed ἀλεξολογία dicenda esset: tum quia minima pars hujus operis ad capras pertinet; ad oves, cantus, amores, multo maxima: tum denique quia nomen Eclogæ aliis operibus tribuitur bene multis, in quibus pastorium nihil, immo nihil omnino præter delectum significat. Tales habemus hodie Polybii, Diodori, Strabonis Eclogas, sive excerpta e majori opere: Odus Horatii vocat Sidonius Apollinaris, varii carminis Eclogas: ejusdem Horatii Satyræ quibusdam in codicibus Eclogæ inscribuntur. Cæpta sunt Bucolica anno Virgilii 29. exente, U. C. 713. & terminata perfecta: ut jam in Vita, moxque singulis in Eclogis differemus.

Del. 15. Giugno 1733.

(Gio: Francesco Morolini K. v. R. R.)

(Pietro Giannini R. v. R. R.)

ARGU

P. VIR.

# P. VIRGILII MARONIS BUCOLICA. ECLOGA I. \* TITYRUS.

## ARGUMENTUM.

**CÆSAR** Octavianus cum Agrum Cremonensem & Mantuanum veteranis militibus in præmiam attribuisset, Virgilius Mantuanus inter ceteros agello suo spoliatus est: sed Mæcenati commendatus per Asinium Pollionem, qui tunc in illa regione cum aliquot legionibus versabatur, & per Mæcenatem in Octaviani gratiam inducitur, quod amiserat, recuperavit. Hæc igitur Ecloga laudes Octaviani & Romæ, suam felicitatem, Mantuanorum calamitatem commemorat. Tityrus Virgilium representat, Melibœus Mantuanos.

Scripta est anno Virgilii 29. Urbis condite 713. Coss. P. Servilio & Lucio Antonio, Marci fratre: quo anno facta est celebris agrorum divisio, ex qua bellum Perustinum statim erupit, veteribus agrorum dominis confugientibus ad Lucium, & cum eo adversus Triumvros conspirantibus. Accidit autem agraria illa divisio post victoriam Philippensem Octaviani & M. Antonii de Bruto & Cassio Julii Cæsaris persecutoribus anno proxime precedente relatam: non vero post victoriam Asiaticam Octaviani de M. Antonio, ut male in Pomponii & Probi commentariis legitur. Cedit enim hæc in annum Virgilii 39. at Bucolica ante annum ejus 32. absoluta sunt; quippe anno 29. incepta, & triennio perfecta. Quos errores in Vita Poete susus emendavimus.

## NOTÆ.

\* **TITYRUS.** ) Aptum argumentum non calamus, avis quædam, Servio aries major, men. Est enim Tityrus Helychio Satyrus, Interpreti Theocriti otiosus.

## MELIBŒUS, TITYRUS.

**MEL.** Tityre, tu patula recubans sub tegmine fagi,  
Silvestrem tenui Musam meditaris avena:  
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva;  
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra

5 For

## INTERPRETATIO.

**MEL.** Tityre, tu jacens sub umbraculo fagi opacæ modularis castilenam pastoralem, cum parva fistula: nos deserimus terminos patriæ, & agros amanos; nos eximus & patria: tu, Tityre, otiosus sub umbra

## NOTÆ.

Melibœus ) Bonum curator, sive paterfamilias, quia cura est ipsi de bobus.  
1. Fagi ) Fagus, quæ & taxillus dicitur arbor glandifera, Ital. faggio, ex qua olim homines videlicet: unde dicta Græcis quidam exiit fagus, a φαίνω, sive φαίνω, adere; Latine autem taxillus pariter ab eisu. Utramque aliqui non male distinguunt.  
2. Avena. ) Musca instrumenta inter patentes concinnata, primo ex avenis calamifloris triticeis inter se cera compactis: tum que arundinibus & cavatis baxi fistulis, mox ex arundinibus & cavatis baxi fistulis, mox eorum tibiis, animalium cornibus, metal-  
lis, &c. Unde avena, stipula, calamus, arundo, fistula, baxus, tibia, cornu, &c. pro musicis instrumentis usurpantur.

A

5. Ana-



5 Formosam resonare voces Amaryllida silvas.  
 T. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.  
 Namque erit ille mihi semper Deus: illius aram  
 Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.  
 Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum  
 10 Luffere, quæ vellem, calamo permittit agresti.  
 M. Non equidem invideo, miror magis, undique totis  
 Usque adeo turbatur agris. En ipse capellas  
 Protinus æger ego: hanc etiam vix, Tityre, duco.  
 Hic inter densas corylois modo namque gemellos,  
 15 Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit.  
 Sæpe malum hoc nobis, si mens non lava fuisset,  
 De cælo tactas memini prædicere quercus:  
 Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.  
 Sed tamen, ille Deus qui sit, da, Tityre, nobis.

T. Ur-

dox arbores referre nomen pulchre Amaryllidis. T. O Melibœe, Deus nobis dedit hanc autem. Nam habeo semper illum Dei loco: sæpe tener agnus clectus ex ovili nostro tinget illius aram sanguine. Ille permittit vacas meas vagari, ut vides, & me ipsum canere fistula rusticæ quicquid vellem. M. Ego quidem non invideo, imo admiror, cum tantus sit tumultus toto rure. Ecce ego marens abigo præ me capellas, & hanc, o Tityre, difficile traho. Modo enim enixa geminos lætus, qui erant spes gregis, proh dolor! deseruit eos rigido in saxo, inter spissas corylois. Memini quercus afflatus fulmine sæpe prænucciasse nobis hanc calamitatem, nisi animus imprudens fuisset: sæpe cornix funesta admonuit ex ilice putri. Attamen, dic nobis, Tityre, quinam sit ille Deus.

T. Ego

N O T Æ.

5. Amaryllida silvas. ) Per silvas, Echo intelligit, quæ frequens in silvis. De Amaryllide infra, vers. 31.  
 6. Deus nobis hæc otia fecit. ) Octavianus, quem Deum per adulationem appellat. Errant quippe qui sacrificia volunt ejus in honorem jam tum fuisse instituta: non enim coli cœpit divinis honoribus, nisi post ultimam de Sexto Pompeio victoriam, anno ætatis 28. ut habet disserere Appianus l. 5. Civ. hoc est annis tribus post edita a Virgilio Bucolica simul omnia.  
 14. Corylus Ital. noctivola. Nux avellana silvestris.  
 16. Si mens non lava. ) Lava, seu sinistra pars, ambigue a Romanis accepta: sæpe in malum onem, ut hic, & v. 28. sæpe in bonum, ut Æn. 2. 693. Antonius lævum. Perinde igitur dextra pars, aliquando boni, aliquando mali ominis fuit. Unde autem vis eidem parti tam diversa? An quod in interpretandis officis, aliquando situm Deorum, a quibus illa dabantur; aliquando situm augurum, qui illa pretebant, attendendum? Dextra enim dantis læva petentis est. Ita volunt aliqui, auctore Plutarcho lib. de questionibus Romanis. Aliud quiddam suggerit Cicero de divi. 1. 2. 82. Cum enim dicat Græcis quidem & barbaris dextra auspicia, Romanis sinistra visa esse meliora: hinc dici possunt Romani sæpe suo more, sæpe Græco more in re divinatória locuri esse. Unde autem utriusque sinistras dextraque partes fumerent, dicitur Ecl. 9. 15.  
 18. Sæpe sinistra &c. ) Non quidem a sinistra parte: quæ dextra dicitur, cornus a sinistra, cornus a dextra ratiom facit; ut docet Cicero de divin. lib. 1. 85. & Plautus in Asin. At sinistra hic simpliciter funestam significat, ex quacunque parte venerit. Nam sic ait idem Cicero de divin. lib. 2. 82. Haud ignoro, quæ mala sunt, sinistra nos dicere, citantur dextra sunt. Quæ vox, mala, quamquam suggesta sit a Lambino, ubi prius legebatur bona: tamen constat emendationis veritas ex eo, quod aliqui locus ille totus sensu careat, & aliis a Lambino patentissimis erroribus purgatus sit. Porro funesta hæc est Virgiliana cornix, 1. quia cornix omnis per se funesta, 2. quia ex ilice, arbore intempestiva, 3. quia ex ilice cava & putri.  
 18. Ab ilice. ) Ilex, arbor glandifera, e genere quercuum, Ital. elce.  
 19. De Tityre. ) Dare & accipere pro dicere & audire. Terentius Heaut. Nunc quomobrem has artes didicerim, pascis dabo. Æn. 2. Accipe nunc Danaum infidias. Audacius etiam sequioris ævi scriptores datur utraparere pro traditur, dicitur. Statius 7. Theb. Agnos genuisse datur. Claud. 3. de raptu. Ille sic possisse cruentam Ægida, caprivamque patre post prælia prædam advenisse datur. Quod contra Jul. Scaligerum defendit Barthius, sed male: quicquid enim asserte & veteribus in eam re, probat dare pro dicere active dici, non passive.  
 23. Sic canibus, &c. ) Senlus iuxta Servium legitimus hic est: Putabam tanta Romam ita simile esse urbibus aliis, ut tunc catuli canibus similes

20 T. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi  
 Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus  
 Pastores ovium teneros depellere fœtus.  
 Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos  
 Noram: sic parvis componere magna solebam.  
 25 Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,  
 Quantum lenta solent inter viburna cupressi.  
 M. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videandi?  
 T. Libertas: quæ sera tamen respexit inerte;  
 Candidior postquam tondenti barba cadebat:  
 30 Respexit tamen, & longo post tempore venit,  
 Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.  
 Namque ( fatebor enim ) dum me Galatea tenebat,  
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.  
 Quamvis multa meis exiret victima sepius,

35 Pin-

T. Ego demens, o Melibœe, existimavi urbem, quæ vocatur Roma, similem esse nostræ Mantuæ, ad quam nos pastores consuevimus adducere agnos tenellos. Quemadmodum solebam comparare scielam catulos canibus, & hædos capellis esse similes: quemadmodum solebam comparare magna parvis. Sed urbs illa tantum eminet inter cæteras, quantum cupressi solent eminare inter viburna flexilia. M. Et quæ tanta necessitas te coegit Romam petere? T. Libertas, quæ licet tarda, tamen aspexit me desiderem, cum jam cana barba decideret secanti: tamen aspexit, & venit post multos annos servitutis: ex quo secutus sum Amaryllida, & reliqui Galatæam. Scilicet, quamdiu amavi Galatæam, ( fatebor enim ) nec speravi libertatem, nec curavi patrimonium: licet educerem ex ovilibus meis multas victimas, & co-

N O T Æ.

similes, qui sola magnitudine differunt, in quo errabam: nunc enim probavi, eam a cæteris genere etiam & natura distare: nam sedes est Deorum, tanque nostris urbibus antecellit quam cupressi viburnis: quæ arbores duæ natura inter se, non sola magnitudine differunt.  
 26. Inter viburna cupressi. ) Viburnum, virgulti species, Ital. viburno. Cupressus, Ital. comiter ex Plinio areatum Rome nomen fuisse, quod vulgare nefas esset, sane quid illud nomen fuerit, a nemine proditum est. Nannius vero, Fabii Pistoris auctoritate fultus, Argæum campum, qui septem collibus includebatur, inundatione Tyberis inhabitabilem aliquando fuisse ait: factis deinde Vertumno sacris exficatum: quod per incilia factum esse suspicatur, atque inde tributum Romæ nomen Amaryllidis: ut & Galatæa nomen Mantuæ, quod illic Galatæa totasi fedes haberet, tractulque ille Gallia vocata vocaretur. His omnis nugis, ego nullo in hac ecl. Romano loco decidere. Ita Pomponius. Male tamen uterque, quia deinde Tityro expresse dicitur: Fortunatæ senex. &c. III. Melius, quoniam poeta latere sub senili persona dicitur voluisse, ideo, quia servum se fingit esse, de quo recepta libertate gloriatur, quam obtinere fervei, nisi jam senes & multis laboribus probati, non solebant. Ita Cerdanus. IV. Putem ego non ubique servatam allegoriam, inextricabilis est versus ille: Mirabar quid magis urbi pressisse. III. Si iter allegoriam, nec serviet Galatæe, sine fructu cascos inducitur, ut mox constabit. IV. Moneo Servium in vita Virg. illud tenendum esse, in Bucolicis, neque nusquam, neque ubique aliquid figurate dici, hoc est, per allegoriam.  
 33. Nec cura peculi. ) Pro Peculi. Peculium autem,



- 35 Pinguis & ingratae premeretur casus urbi,  
Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.  
M. Mirabar, quid moesta Deos, Amarylli, vocares,  
Cui pendere sua pateris in arbore poma.  
Tityrus hinc aberat. Ipse te, Tityre, pinus,  
40 Ipsi te fontes, ipsa haec arbuta vocabant.  
T. Quid facerem? neque servitio me exire licebat,  
Nec tam praesentes alibi cognoscere divos.  
Hic illum vidi juvenem, Meliboeae, quotannis  
Bis fenos cui nostra dies altaria fumant.  
45 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:  
Pascite, ut ante, boves, pueri: submitte tauros.  
M. Fortunata senex! ergo tua rura manebunt:  
Et tibi magna satis: quamvis lapis omnia nudus,

Li-

Coagularem epimos caseos ad usum ingratae urbis; nunquam referrebam domum manus plena pecunia. M. Mirabar cur tristis invocares Deos, o Amarylli, cui servatres poma pendencia suis quaeque arboribus: Tityrus hinc aberat: ipse pinus, ipsi fontes, haec ipsa arbores te repellunt. T. Quid fecissem? nec poteram aliter abire & servitute; nec Deos experiri tam propitios in alto loco, quam Romae. Illic vidi juvenem illum, o Meliboeae, quotannis sumant singulis annis per duodecim dies. Illic ipse prior ita respondit roganti mihi: Pascite, pascite boves, ut prius, & subigite tamos iugo. M. O felix senex! itaque agri tui relinquuntur tibi, itaque tibi satis amplius: licet nuda saxa tegant caeteros undique,

N O T A E.

autem, I. iuxta Pomponium patrimonium univiersum significat, a pecu, sive pecore; unde & pecunia dicta: sive quod omnia veterum bona olim in pecoribus consisterent, ut habent Varro & Plutarchus: sive quod prima pecunia facta sit ex incensis pecudum coriis, ut voluit Cassiod. & Suidas: sive quod aes antiquissimum, cum signari cepit, ovis aut bovis capite signatum sit, ut refert Plinius. II. Peculium proprie est privata pecunia quam servus, domini permisso, ovis aut bovis rationibus comparabat, aut ad redimendam libertatem, aut alios in usus. Argue co quoque modo hic sumi potest, ubi Tityrus servi personam induit.  
36. Gravis aere.) Pecunia, quae primum apud Romanos aere rudi, necdum signato, consistit.  
37. Mirabar, quid, &c.) Hic versus ita cruciat allegoriae patronos, ut mendum irrepsisse huc velint, & reponi Galatam pro Amaryllide, Romam cadere ista non posse: quia neque Meliboeam cadere ista non posse: quia neque Meliboeam de absentia Virgilio seu Tityro scire potuit, cui doceatur ab ipso Tityro quid sit Roma: *Urbem quam dicunt Romanam*, &c. Neque Virgilius, poeta rum modestissimus, ita de se sentiebat jam tum ac scribebat magnifice, ut tantam de se fuisse Romae sollicitudinem putaret. Planus oblique allegoria sensus est, si de amicis intelligatur. Abiecit Galatam Tityrus, amat Amaryllida, proficiscitur Romam: Amaryllis interim, quae Mantue reliquitur, abiectionis desiderio tabescit. Meliboeus, qui dolorem Amaryllidis noverat, non item causam doloris, nunc ad eam a Tityro professionis causam intelligit,

videlicet absentiam exprobrat quasi leviter amanti: unde purgat se Tityrus: Quid facerem, inquit, quid aliud remedium malis meis esse poterat, quam Romam proficisci? &c.  
40. Arbuta.) Non arbutulae sunt & fructifica, ut quidam putant. Nam convallae & arborata magna erant, inquit Gellius l. 17. c. 2. ex Q. Claudii annalibus; additque, arborata ignobilis verbum est, arbuta celebratiss. Igitur loca sunt arboribus confita fructiferis, vel non fructiferis, ut scite quidem Valia & Ramus colligunt ex autoribus reirruentibus. Nec obest quod legatur Ecl. 4. 2. Non omnis arbuta jurant humilique myrica. Si canibus placant myrica, ut ne ipse quidem arbores: sed istae aliter, &c.  
42. Juvenem.) Octavianum, annos natum tunc circiter 22. Deceverat enim Senatus, inquit Servius, ne quis cum puerum appellaret, ne maiestas imperii minueretur.  
44. Bis fenos.) Singulas duodecim annis mensibus Calendas aut Idus intellige cum Servio, quibus forte sacrificia fiebant, ad conciliandos quidem Octaviano Deos; non vero tum in ipsius Octaviani honorem, ut diximus ad vers. 6.  
45. Primus.) Praevenit beneficio preces meas.  
46. Pueri.) Pueri appellatio tres habet significationes, ex Paulo in Verb. significat. Unam qua ferri pueri dicuntur, alteram qua puer puelae opponitur, tertiam qua puerilis aetas demonstratur. Adde potest & quarta, quae ad blanditias pertinet: quando patronus aut dominus subditos, etiam etate grandiores, popu-

- Limosoque palus obducatur pascula iunco:  
50 Non infueta graves tentabunt pabula foetas;  
Nec mala vicini pecoris contagia laedent.  
Fortunate senex! hic inter flumina nota,  
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.  
Hinc tibi, quae semper vicino ab limite sepes,  
55 Hyblaëis apibus florem depasta salicis,  
Sepe levi somnum suadebit inire susurro.  
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.  
Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,  
Nec gemere acria cessabit turtur ab ulmo.  
60. T. Antè leves ergo pascentur in aethere cervi,  
Et freta destituent nudos in litore pisces;

Ante,

Et palus operiat pascula canoso iunco: insolita pabula non viciantur gravidas pecudes, neque noxia contagia vicini gregis inficiet eas. O felix senex! hic prope amnes cognita, & fontes dulces Nymphis, fruere umbra frigida. Ex alta parte sepes limitis propinquus, in qua flos salicis capitur semper a Siculis apibus, sepe tenui murgure apium te irascit, ut somno in dulces. Ex alta parte putator frondum laedat ad auras. Neque tamen interea rauca palumbes, quae sunt tuae deliciae, neque turtur desinet queri ex ulmo sublimi. T. Prius iugiter agiles cervi pascentur in aere, & maria desertent in litore pisces defectis aqua: prius

N O T A E.

populiter, & amice compellat. Quarta lux, & prima conveniunt Tityro, qui servura se fingit, & senex appellatur.  
46. Submitte tauros.) Secuti sumus interpretationem Servii, utpote simpliciorum & convenientiorum loco: sensus enim erit, Pascite & arate, qua duplici cura res fere omnis rustica continetur. Alia tamen deduci potest, I. Cum Nannio: Superinducite ad propagationem; aliquando enim in compolitibus usurpatur pro super, ut Aen. 12. 287. corpora salis subjiciunt in equos: hoc est superinducite in pascula: est enim apud Lucret. l. 1. Latissimos nequeat factus submittere tellus, i. e. proferre. III. Cum Erythroae, supplete gregem, & substitute novos tauros in locum eorum, quibus belli tempore perierunt: est enim in Iustin. Instit. l. 2. de rebus divinis. Si gregis usufructum quis habeat, in locum demeritorum captum ex factu fructuaris submittere debet.  
48. Quamvis lapis.) Volunt plerique omnes deserihi viri verbis Virgiliani sterilitatem agri, qui, ut innuit purat Ecl. 9. 7. a colle lapidoso ad fluvium usque Mincium viciniae paludes pertinebat: adeoque nec erat frumento, nec pasculis opportunus. Ego iis non assentior: tum quod eius agri descriptio, quae fit Ecl. 9. non sterilitatem sed uberitatem potius notet: tum quod hic frequens de Tityri gregibus, pasculis, & umbraculis mentio fiat. Igitur de caeteris Mantuanorum agris locum explicio. Tibi felicitate agri tui colendi & exercendi permittitur: quamvis reliqua omnis regio, tam culta prius, nunc belli calamitate horrefcat.  
50. Graves tentabunt pabula foetas.) Felas, & graves conjungit, ut significet praegnantes: quia foetas sine addito de iis etiam dici possent, quae jam scetum sive partum eiderunt. Et vero facta aliquid est gravidata, plena, Aen. 1. 55. Loca foeta juvenibus Austris. Aen. 2. 238. Foeta armis, machina eque Trojani. Aliquando est, jam enixa: Aen. 8. 630. Fatam Marcoris in antro Procubuisse lupam, geminis hinc ubera circum Ludere pendentes pueros.  
50. Non infueta &c.) Quia non cogeres, ut caeteri, exul abire in novas & infuetae regionis cum gregibus.  
51. Nec mala, &c.) Quia ex difficultate passionis tames oritur in gregem, ex fame morbus, qui semper in grege contagiosus est.  
52. Flumina nota.) Mincium, Menzo, de quo Ecl. 7. 13. & Padum, il Po, de quo Georg. 1. 482.  
54. Hinc tibi, &c.) Sensus huius loci satis intricatus his notis explanabitur. I. Sepes quaedam Virgilium inter episcopus vicium agri limes ac terminus fuit. II. Sepes illa salicibus constabat. III. Delectantur flos salicis apiculae, & levi susurro soporem conciliant. IV. Apes Hyblaë figurate dicuntur pro apibus optimis: Hybla enim oppidum est Siciliae & mons oppido vicinus, loca melle commendatissima. V. Familiaris est Graecis haec loquendi forma, florem depasta, ut Aen. 1. 593. O humerosoque Deo similis, &c. i. e. secundum florem, secundum os & humeros. VI. Salicis dicitur pro Saliceti: Salicetum locus est salicibus confitus, ut arbutum arboribus.  
58. Palumbes.) Columbae silvestres, Ital. colombo selvaggio. Dicitur etiam palumbus & palumba.  
61. Freta.) Fretum, synecdoche pro mari: & graves conjungit, ut significet praegnantes: quia foetas sine addito de iis etiam dici possent, quae jam scetum sive partum eiderunt. Et vero facta aliquid est gravidata, plena, Aen. 1. 55. Loca foeta juvenibus Austris. Aen. 2. 238. Foeta armis, machina eque Trojani. Aliquando est, jam enixa: Aen. 8. 630. Fatam Marcoris in antro Procubuisse lupam, geminis hinc ubera circum Ludere pendentes pueros.  
50. Non infueta &c.) Quia non cogeres, ut caeteri, exul abire in novas & infuetae regionis cum gregibus.  
51. Nec mala, &c.) Quia ex difficultate passionis tames oritur in gregem, ex fame morbus, qui semper in grege contagiosus est.  
52. Flumina nota.) Mincium, Menzo, de quo Ecl. 7. 13. & Padum, il Po, de quo Georg. 1. 482.  
54. Hinc tibi, &c.) Sensus huius loci satis intricatus his notis explanabitur. I. Sepes quaedam Virgilium inter episcopus vicium agri limes ac terminus fuit. II. Sepes illa salicibus constabat. III. Delectantur flos salicis apiculae, & levi susurro soporem conciliant. IV. Apes Hyblaë figurate dicuntur pro apibus optimis: Hybla enim oppidum est Siciliae & mons oppido vicinus, loca melle commendatissima. V. Familiaris est Graecis haec loquendi forma, florem depasta, ut Aen. 1. 593. O humerosoque Deo similis, &c. i. e. secundum florem, secundum os & humeros. VI. Salicis dicitur pro Saliceti: Salicetum locus est salicibus confitus, ut arbutum arboribus.  
58. Palumbes.) Columbae silvestres, Ital. colombo selvaggio. Dicitur etiam palumbus & palumba.  
61. Freta.) Fretum, synecdoche pro mari: & graves conjungit, ut significet praegnantes: quia foetas sine addito de iis etiam dici possent, quae jam scetum sive partum eiderunt. Et vero facta aliquid est gravidata, plena, Aen. 1. 55. Loca foeta juvenibus Austris. Aen. 2. 238. Foeta armis, machina eque Trojani. Aliquando est, jam enixa: Aen. 8. 630. Fatam Marcoris in antro Procubuisse lupam, geminis hinc ubera circum Ludere pendentes pueros.  
50. Non infueta &c.) Quia non cogeres, ut caeteri, exul abire in novas & infuetae regionis cum gregibus.  
51. Nec mala, &c.) Quia ex difficultate passionis tames oritur in gregem, ex fame morbus, qui semper in grege contagiosus est.  
52. Flumina nota.) Mincium, Menzo, de quo Ecl. 7. 13. & Padum, il Po, de quo Georg. 1. 482.  
54. Hinc tibi, &c.) Sensus huius loci satis intricatus his notis explanabitur. I. Sepes quaedam Virgilium inter episcopus vicium agri limes ac terminus fuit. II. Sepes illa salicibus constabat. III. Delectantur flos salicis apiculae, & levi susurro soporem conciliant. IV. Apes Hyblaë figurate dicuntur pro apibus optimis: Hybla enim oppidum est Siciliae & mons oppido vicinus, loca melle commendatissima. V. Familiaris est Graecis haec loquendi forma, florem depasta, ut Aen. 1. 593. O humerosoque Deo similis, &c. i. e. secundum florem, secundum os & humeros. VI. Salicis dicitur pro Saliceti: Salicetum locus est salicibus confitus, ut arbutum arboribus.  
58. Palumbes.) Columbae silvestres, Ital. colombo selvaggio. Dicitur etiam palumbus & palumba.  
61. Freta.) Fretum, synecdoche pro mari: & graves conjungit, ut significet praegnantes: quia foetas sine addito de iis etiam dici possent, quae jam scetum sive partum eiderunt. Et vero facta aliquid est gravidata, plena, Aen. 1. 55. Loca foeta juvenibus Austris. Aen. 2. 238. Foeta armis, machina eque Trojani. Aliquando est, jam enixa: Aen. 8. 630. Fatam Marcoris in antro Procubuisse lupam, geminis hinc ubera circum Ludere pendentes pueros.



Ante, percratis amborum sinibus, exul  
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,  
Quam nostro illius labatur pectore vultus.  
65 M. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,  
Pars Scythiam, & rapidum Creta veniemus Oaxem,  
Et penitus toto divisos orbe Britannos.  
En unquam patrios longo post tempore fines,  
Pauperis & tuguri congestum cespitem culmen,  
70 Post aliquot, mea regna, videns mirabor aristas?

Im-  
prie extorris Parthia potabit Ararim, aut Germania Tigrim, regionibus mutuo permutatis, quam forma illius juvenis excidat mihi ex animo. M. Nos vero hinc pulli partim vinum in Africam aridam, partim petimus Scythiam, aut ceterum Oaxem Creta, aut Britannos omnino separatos a ceteris populis. Nunquamne post diuturnum tempus, post aliquot annos, revertam cum admiratione patriam regionem, & tectum caele pauperis extructum et gleba, quae tota erat mea possessio?

## NOTÆ.

duas terras: *scilicet Siculam, Gaditanum, &c.* a fervendo dictum, quod in eo mare compressum effervercat, ac veluti ebulliat.  
62. *Ante, percratis, &c.* Parthi oriundi et Scythias eam Asiae regionem occupare, quae ab occasu, Media, a septentrione, mari Caspio; ab oriente, Bactriana & Ariana; a meridie, Carmaniae desertis terminabatur. Mox in imperium prope immensum evasere sub Arsacidis regibus, regna duodeviginti complexi juxta Solinum c. 59. Romanum jugum nunquam omnino subiere, sagittis formidolosi præcipue, quas inter fugiendum in infrequentes retorquebant, mira arte veris equis & inflaurata pugna. *Germani* Rheno ab occidente; Oceano & mari Balthico a septentrione; Vistula ab oriente; Danubio, a meridie olim circumscripti: nunc terminis oriente paulo angustioribus utuntur, a meridie vero latioribus, nempe Alpibus ab Italia divisi. *Araris* Non Germaniae, sed Galliarum fluvius, *la Saone*, oritur ex Vogelo monte, *Verge*, & placidissime fluens, ad Lugdunum Rhodano rapidissimo anni commixtus, cum eo in mare Mediterraneum fluit: unde Claudianus, *lentus Arar, Rhodanusque celer Tigris*. Non est in Parthia proprie dicta: sed ortus ex Armenia montibus, aliquanto post spatium in terras mergitur, mox crumpens auctor, per Assyriam ac Mesopotamiam in Euphratem influit, quocum in Persicum sinum desertur. *Amorum*. Infulse Pomponius explicat de Ambis Arabiae populi, qui nihil hic ad rem. Melius Ramus de utroque fluvio: sed operime Servius de utriusque populis Parthis & Germanis. Porro quidam insulant Virgilium, quod videatur Tigrim in Parthia, Ararim in Germania perperam collocare. Excitant errorum aliqui ex decoro infestis pastoralis. Alii melius animadvertunt, hoc esse Virgilio familiare, non ex infestis, sed potius ad majorem digni-

tatem, regionum limites, quantum sine veritatis dispendio fieri potest, extendere; quod scripsi deinde videbimus: G. l. 490. & G. 4. 287. Atqui verum est Ararim & Tigrim, non in Germania quidem aut Parthia proprie dicta, sed saltem in subditis Germanorum & Parthorum imperio regionibus tunc fuisse. Sane Parthos longo spatio Tigrim esse prætergressos, patet ex clade Crassi, qui paulo ante eum fuerat ab hisdem, ad Carrhas Mesopotamiae urbem, non procul ab Euphrate. Germani autem, ut constat ex Caesare l. 1. de bello Gal. ad CXX. millia confederant in Sequanis, quos Araris interfuit: ac licet inde pulsi ab eodem fuissent ultra Rhenum, id tamen de Ariovisto duntaxat ejusque exercitu, non etiam de patris & inermibus familiis intelligi potest.

65. *Sitientes Afros*. Africa mundi quarta pars, *sitientis* dicta, quia zona torrida magna ex parte subiecta: maribus inde septentrionem, Oceano ad occidentem & meridiem, Erythraeo ad orientem: plane triangularis insula, nisi eam continentis Asiae conjungeret aliquot leucarum illius inter Erythraeum & Mediterraneum mare interjiceret; *Stretto di Suez*.  
66. *Scythiam*. Scythiarum nomine Septentrionales omnes Asiae populos antiqui complexi sunt, qui vagi, sine urbibus, tectis, & legibus, opes in armentis habebant omnes, uxores & liberos plaustris corio tectis hinc inde circumferebant, Martem sub specie acinae adorabant, ex Herod. l. 4. Tartari regionem illam nunc occupant, quae monte Imao, qui Tauri pars est, fere dividitur duas in partes: quarum una ad occidentem est, Scythia sine Tartariae ceterior, & intra Imaum; quae ad orientem vergit, ulterior & extra Imaum dicitur.

66. *Crete veniemus Oaxem*. Extat fluvius huius nominis non in Creta, sed in Mesopotamia, de quo sermonem hic esse contendit Ser-

VIUS.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?  
Barbarus has fegetes? En quo discordia vives  
Perdixit miseris! en queis confestim agros!  
Inferre nunc, Melibee, pyros, pone ordine vites.  
75 Ite meæ, felix quondam pecus, ite capellæ.  
Non ego vos posthac, viridi projectus in antro,  
Dumosa pendere procul de rupe videbo:  
Carmina nulla canam: non, me pacente, capellæ,  
Florentem cytifum & salices carpentis amaras.

T. Hic  
Scleratus miles possidebit hæc arva tam culta? peregrinus has messes? Ecce quo calamitatis dissenso adegerit creces infortunatos: ecce proterv quos seminavit arva. Nunc, o Melibee, inferre pyros, digere vineas in ordinem. Ite, ite, meæ capellæ, grex olim fortunatus: Non ego deinde stratus viridi in spelunca aspiciam vos procul spinosa e rupe pendere: cantilenam nullam modulabor: non tondebitis, o capellæ, cytifum florentem & salices amaras, me custode.

T. Ita.

## NOTÆ.

vius, eumque *rapidum Crete* vocari ait, quod cretam, seu terram albam cursu secum rapiat, unde sit turbulenta. Quod vix cuiquam sano placere: Voluit alii Oaxem reipia fuisse in fluvio esse? II. Itaque idem illi populi, non præpro-Creta: quod uti in Geographis veteribus distinctionem, sed adverbium esse voluit: & inferre non habebatur, tamen conjicitur ex eo, quod Apollonium Argon. l. v. 1321. Cretam vocat *tellorem Oaxida*; tum Herodorus l. 4. Oaxis, urbis in Creta olim regie, meminit: cui quidem tributum nomen ab Oaxe quodam Apollinis filio refert ex Varrone Servius. Quidni fluvius ejusdem cum urbe nominis fuisse ibidem dicitur? quod malim vel uno auctore Virgilio affirmare, quam ad vanum infestitæ pastoralis esugium cum aliis recurrere.

67. *Divosos orbe Britannos*. Britannia, olim Albion, insula Europæ maxima in Oceano, Gallia obveria, duas divisa in partes, Angliam & Scotiam. *Divosos orbe*. Quia orbem antiqui vocabant terram continentem, quæ Oceano extra orbem dicitur esse, non item insulae Mediterraneæ maris, ut Sicilia, Cyprus, &c.  
68. *En unquam*. Servius explicat, *unquamne*, aliquando; Eruterius, *an unquam*. Non satis diligenter: sunt enim ista omnia dubitantis tantum & interrogantis: Virgiliiana autem vox etiam optantis, qui affectus per negationem aptius exprimitur, *nunquamne*: ut manifestum est ex Ecl. 8. 7. *Et erit unquam ille dies, mihi cum liceat, &c.*

69. *Tugurii*. Pro tugurii, ut supra *peculi* pro peculi: estque omne adificium rusticæ rei custodiendæ conveniens, a tegendo dictum. *Cespitem*. Cespes herba est cum propria terra excisa, Ital. *cespuglio*. *Culmen*. Tectum, quia apud antiquos tecta hebant e culmis, seu paleis, inquit Servius.

70. *Post aliquot, mea regna, &c.* Locus distans a *Arissæ* hic communiter pro messibus, & messes pro annis capiuntur: quo exemplo dixit Claudian. 4. *Col. Honorii, decimas emensus aristas*. Non placet Germano & Cerdano:

si enim iniquum, vix unquam & longo post tempore, quomodo post aliquot aristas, five annos, quod breve tempus notat, rura sua reviviscat? Voluit alii Oaxem reipia fuisse in fluvio esse? II. Itaque idem illi populi, non præpro-Creta: quod uti in Geographis veteribus distinctionem, sed adverbium esse voluit: & inferre non habebatur, tamen conjicitur ex eo, quod Apollonium Argon. l. v. 1321. Cretam vocat *tellorem Oaxida*; tum Herodorus l. 4. Oaxis, urbis in Creta olim regie, meminit: cui quidem tributum nomen ab Oaxe quodam Apollinis filio refert ex Varrone Servius. Quidni fluvius ejusdem cum urbe nominis fuisse ibidem dicitur? quod malim vel uno auctore Virgilio affirmare, quam ad vanum infestitæ pastoralis esugium cum aliis recurrere.

67. *Divosos orbe Britannos*. Britannia, olim Albion, insula Europæ maxima in Oceano, Gallia obveria, duas divisa in partes, Angliam & Scotiam. *Divosos orbe*. Quia orbem antiqui vocabant terram continentem, quæ Oceano extra orbem dicitur esse, non item insulae Mediterraneæ maris, ut Sicilia, Cyprus, &c.  
68. *En unquam*. Servius explicat, *unquamne*, aliquando; Eruterius, *an unquam*. Non satis diligenter: sunt enim ista omnia dubitantis tantum & interrogantis: Virgiliiana autem vox etiam optantis, qui affectus per negationem aptius exprimitur, *nunquamne*: ut manifestum est ex Ecl. 8. 7. *Et erit unquam ille dies, mihi cum liceat, &c.*

69. *Tugurii*. Pro tugurii, ut supra *peculi* pro peculi: estque omne adificium rusticæ rei custodiendæ conveniens, a tegendo dictum. *Cespitem*. Cespes herba est cum propria terra excisa, Ital. *cespuglio*. *Culmen*. Tectum, quia apud antiquos tecta hebant e culmis, seu paleis, inquit Servius.

70. *Post aliquot, mea regna, &c.* Locus distans a *Arissæ* hic communiter pro messibus, & messes pro annis capiuntur: quo exemplo dixit Claudian. 4. *Col. Honorii, decimas emensus aristas*. Non placet Germano & Cerdano:

82. Ca-



80 T. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte  
Fronde super viridi. Sunt nobis mitia poma,  
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.  
Et jam summa procul villarum culmina fumant,  
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

T. Tamen poteris hac nocte quiescere hic mecum super foliis viventibus. Habemus matura poma, castaneæ molles, & multum coacti lactis: & jam summa pagorum tecta procul fumant, & umbræ grandiores porriguntur ex altis montibus.

NOTÆ.

80. Castaneæ molles. ) Servio, matura; ticism: castanearum enim aliud genus est Erythroæ, novæ, recentes: male utrique: densiore, aliud molliore cortice, ex Ni- quo enim maturiores & recentiores, eo candri interp. Καστανὰ τὸ ὑπὸ δάκτυλῳ, τὸ δὲ μαλακίῳ. Unde & Ecl. 7. 53. Castaneæ birsu- nem refert, qua edules fiunt, vel ad cor- te; hic, Castaneæ molles.

ECLOGA II.  
\* ALEXIS.  
ARGUMENTUM.

Amabat Virgilius puerum: hunc Alexidis, se Corydonis nomine dissimulat, & I. Duri- tiem ipsi exprobat. II. Jactat apud eum suas opes, muscæ peritiam, elegantiam formæ. III. Invitat eum in silvas, commendatione vite agrestis. IV. Promittit munuscula. Agnoscat insaniam suam, & ad curam rei familiaris redit. Puerum hunc innuit Apulejus Apologia 1. fuisse Pollionis; Martialis l. 5. Ep. 26. l. 8. Ep. 56. fuisse Mecenatis: nihil prohibet quominus ita sit. Prohibet vero blanditiarum ejusmo- di levitas, quominus eas Othaviano dictas puerum, in quem sane orbis Dominum ca- dere ista non possunt, delicias domini; imo ne in Cornelium quidem Gallum, vi- rum, ut Ecl. 10. videbitur, muneribus gravem. Quarum opinionum primam Servius, secundam Lad. Vives perpetam tuentur. De tempore, quo scripta est, nihil conjici potest.

NOTÆ.

\* ALEXIS. Ab ἀλεξία, arceo, opi- tator: seu quia puer arcebat a se Corydo- nem, seu quia voluptas erat ac solatium Domini.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim,  
Delicias domini: nec, quid speraret, habebat.  
Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos

INTERPRETATIO.

Pastor Corydon amabat pulchrum Alexim, qui erat ipsius spes ut- la. Solummodo veniebat frequenter ad spissas fagos, quarum cacumen opacum est:

NOTÆ.

1. Corydon. ) a κορύδων vel κορυδαίνω, alau- da, Ital. Lodola uccello.

Affidue veniebat: ibi hæc incondita solus  
Montibus, & silvis studio jactabat inani.  
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:  
Nil nostri miserere: mori me denique coges.  
Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant:  
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos;  
10 Thestylis & rapido fessis messoribus æstu  
Allia serpyllumque herbas contudit olentes.  
At mecum rancis, tua dum vestigia lustro,  
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.  
Nonne fuit fatius tristes Amaryllidis iras  
15 Atque superba pari fastidia? nonne Menalcan?  
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses.  
O formose puer, nimium ne crede colori.  
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

De-

illis solus fundebat inuuliter montibus & nemoribus hæc verba incompota. O dure Alexi! nullo modo curas meos cantus, nullo modo miserere mei: denique coges me mori. Nunc ista pecora fruuntur umbra & frigore: nunc lacerti ipsi virides, lacerti in spinetis: & Thestylis conterit herbas odoriferas, allia & serpyllum, messoribus fatigatis ob gravem æstum. Interim, dum sequor tua vestigia, mecum ad solem ferventem rancæ cicadæ prepitant per loca constia arboribus.

Nonne fuisse melius tolerare graves iras & impetiosa fastidia Amaryllidis? Nonne fuisse melius tolerare Menalcan? Lævi ille fuscus sit, licet tu albus sis. O formose puer, ne nimis confidas colori. Ligustra cadunt humi, quamvis candida; vaccinia colliguntur, quamvis nigra.

Me-

NOTÆ.

4. Incondita. ) Incompota, sine arte, seu quasi naturali imperu. Quo sensu Donatus interjectiones, quales iunt Ab! o! vocavit inconditas; quia natura, non hominum in- stitutum profertur.

8. Nunc etiam pecudes, &c. ) Commendat vim amoris sui a labore, laborem ex compara- tione aliorum quietis. Pecudes, inquit, lacerte- que vilissimi fruuntur umbra; meliores æstu delecti cibo reficiunt vires: ego æstivans & im- pransus te quero; nec ullus ardorem hunc meridianum tolerare mecum potest, præter cicadas, quibus undique strepitant arbores.

9. Spineta lacertos. ) Lacertus, & lacerta, Ital. Lucertola, piccolo serpente noto.

10. Thestylis. ) Hic famulæ nomen, veneficæ apud Theocritum, Idyl. 2. 1. Unde insulte deri- vat Servius a Latina voce testa, quia herbas ad cibum messorum in testaceis poculis tundebat.

11. Allia serpyllumque. ) Allium, oleris & bulbi species, Ital. aglio. Serpyllum, herba odorata serpenti humi ramulculis tenuibus; Ital. Sermollino.

Oleris. ) Ambiguum vocabulum, tam ad bonos, quam ad malos odores pertinens. Ad bonos quidem, qualis est serpylli; ad malos, qualis est alliorum. Sic ap. Fior. l. 1. Sat. 2. 27. Passillos Rosillos obit, Corydonias hircum: Nil medicum. Contra, citius malam in partem ubique fumitur.

13. Cicadis. Ital. Cicada, insecti genus, frul- dum potius quam canorum. De arbutis, Ecl. 1. 40.

14. 15. Amaryllidis, &c. Menalcan. ) De nomi- ne Amaryllidis, Ecl. 1. 31. Menalca, Ecl. 2. 1. 17. 18. Ne crede colori. Alba, &c. ) Utenim ligustra, qua nris alba, ne humo quidem colliguntur, quia nihil habent utilitatis; vaccinia vero, quamvis nigra, in pretio sunt, quia utilia tingendis vestibus: ita tu, quamvis candidus, negliges propter superbiam; Menalca, quamvis niger, propter ingenium indolem amabitur.

18. Ligustra. ) Ligustrum, Ital. Ligustro piana e fiore, arbor, flores Majo mense racematim ferens candidissimos.

Vaccinia. ) Volunt aliqui baccas negras, five acinos esse ligustri, quasi baccinia, quæ scri- ptorio atramento inserviant. Alii mora agre- stia, quæ e rubo sentis producta, ad tingendas fervorum vestes olim lecebantur. Tamen constat, vel florem esse, vel plantam, ex hoc hu- jus Eclogæ v. 10. Mollia luteola pingit vaccinia caliba. Melius igitur cum Turnebo & Salmatio dicemus hyacinthum esse, tum ob alia, tum quia Virgilius hyacinthum Theocriti per vac- cinium Latine reddidit Ecl. 10. 39. Et nigra vie- ta sunt, & vaccinia nigra: plane ex illo Idyllio 10. Kù τὸ ἴον μῦθος ἐστὶ καὶ ὑγιατὴν κίρκινον. Adde quod & vaccinium tingenda fervorum purpure usui erat, ex Plinio; & hyacinthum hygino colori, qui purpure species est, con- sciendo parabatur, item ex Plinio. Sic Salmatio in Solin. p. 272. & 1225. qui vaccinium ad eam hyacinthi speciem refert, quæ gladiolus dicitur.

B Ital.